Primum fundamentum et ianua virtutum omnium gratie ac
spiritualis consolationis principium est conscientie puritas ac
cordis mundicia. Ad quam principaliter requiritur precipue pro-
pria et vera et integra ac perfecta confessione peccatorum pre-
cedente. Nos qui vocati sumus ad statum gratie et ac-
cedentes venimus ad viam veritatis de sufficienti confessione
et modo confitendi ut decet viros ad statum perfectionis
electos cum summa diligentia et solicitudine continua perversis
moribus principaliter est timendum. **De pura confessione** pura confessio

Est igitur primo videndum quod confessio debet esse pura quia
vera debet simpliciter dici absque duplicitate et ex-
cusatione sed quod commisit eam manifesta coram deo. Sic debet
verba dici palliativa cooperientia vel minuentia peccatum sicut
faciunt multi magnas prolixitates et hystorias longas
dicentes. Inquam peccatum explicet ut sit per illa quodam-
modo minus culpabiles de peccato quod si peccatum in fine illorum
verborum superfluorum concludunt. Dimittenda igitur sunt super-
flua et excusatoria verba et pure dicat peccata sua et sim-
plicem expressionem talis non debet dici quod cadat in infamia
alterius aut quod possit prebere confessori occasionem perturbationis
contra aliquem aut materiam concipiendi. Unde si expedit
nominare peccata alterius confitendo ipsum tunc taliter explicet
ut confessor nullo modo possit intelligere personam cum qua peccasti sicut
possit venire in notitiam complicis in peccato. Sicut si dedisti
alteri occasionem peccandi cum peccavit non debes nominare
sed sufficit si dicas fui causa committendi peccatum eiusdem
persone. **De vera confessione** vera confessio

Confessio debet esse vera ita quod nulla falsitas dicat
[illegible] ut aliquid dubium affirmet sed certa ut certa
dubia ut dubia sunt dicenda. Et ideo qui confiteris
non dicas dico culpa mea sed feci talem quando aut

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_386/0320